113

In natali beate elizabeth Secundum matheum

In illo tempore dixit ihesus discipulis suis parabolam hanc
Simile est regnum celorum homini negotiatori querenti bo-
nas margaritas. Inventa autem una preciosa mar-
garita vadit et vendit omnia que habet et emit illam Et
reliqua. Omelia leonis eiusdem magistri heinrici de
Celeste regnum homini Hassia doctoris eximii
negotiatori simile dicitur qui bonas marga-
ritas querit Et unam preciosam invenit quam omnia sua
vendens emit. Quia qui celestis vite dulcedinem
in quantum possibilitas admittit perfecte cognovit
ea que in terris amaverat libenter cuncta derelinquit.
in comparatione eius vilescunt omnia congregata dispergit
Inardescit in celestibus animus. nichil in terrenis li-
bet deforme conspicitur quicquid terrena placitum habent.
quia sola margarite preciose claritas fulget in men-
te. quam tanto calefactam inflammat amore: ut
sicut mors corpus interimit. sic ab amore rerum
temporalium eterne vite caritas occidit. Neque sancta
elizabeth cuius hodie natalitia celebramus
taliter deo potuisset placere in opere nisi a terrenis
prius desideriis mortua fuisset in carne;
Erectus namque in virtutis culmine ipsius animus bla-

TECHNISCHE UNIVERSITÄT DARMSTADT
http://tudigit.ulb.tu-darmstadt.de/show/Hs-792/0225
Universitäts- und Landesbibliothek Darmstadt